

De sancta**Anastasia**

prevalere non potest. sanctus enim Hugo abbas cluniacensis in vigilia natiuitatis domini vidit beatam virginem in vniuersis tenentem filium et dicentem. Adest dies in qua prophetarum oracula renouant. Ubi enim hostis qui ante hunc diem uoluit prevalere. Ad hanc uocem diabolus de humo erupit et uerbis domini insultat sed mentis est liquitas sibi. quoniam dum officinas fratrum circuit. ipsum ab oratorio deuotio. a refectorio lectio. a dormitorio stramentum uelut lina a capitulo patientia eiecit. De ipsius etiam natiuitatis ualitate dicit Bernbar. Triplici morbo laborabat genus humanum in principio medio et fine. i. natiuitate uita et morte. Natiuitas erat immunda. uita peruersa. mors periculosa. Venit ipse in hunc triplicem morbum et attulit triplex remedium. Natus est enim uir et obiit Christus natiuitas purgavit nostram natiuitatem: eius uita nostram uitam instruit. et mors illius destruit nostram. **De ualitate etiam ipsius natiuitatis dicit Augustinus in li. viij. de tri. q. huiusmodi filij dei quam nobis in incarnatione exhibuit: fuit nobis in exemplum sacramentum et medicamentum. In exemplum conuenientissimum quod homo imitaretur. et alium sacramentum quod peccati nostri uinculum solueret. et summum medicamentum quod tumor superbie sanaret. **De Augustinus. Superbia enim primi hominis sanata est per humilitatem christi. Et notandum quod conuenienter humilitas saluatoris rident superbie peccatoris. Superbia enim primi hominis fuit contra deum uel contra deum et supra deum. Fuit contra deum quod deus preceptum. Contempsit enim preceptum eius: quo preceperat ut de ligno scientie boni et mali non comederet. Fuit etiam uel contra deum. quia uel contra appetitum dei. tans credens quod diabolus dixerat. Et tunc sicut diabolus. Fuit etiam supra deum. sicut dicit Anselmus. uolendo quod deus illum uelle uolebat. Tunc enim uoluntatem suam supra uoluntatem dei posuit. At filius dei secundum Iohannem Damascenum humiliuit se propter homines non contra homines. uel contra homines et supra homines.****

Propter homines. quia ad eorum utilitatem et salutem. Uel contra homines per nascendi modum consimilem. Supra homines per nascendi modum dissimilem. Nam eius natiuitas et in aliquid nobis similis fuit. quia seque natus est ex muliere et per eandem portam propagationis. Et secundum aliquid dissimilis. quia de spiritu sancto ex Maria uirgine natus est.

De nomine

Anastasia dicitur ab ana quod est sursum et stasis quod est stans. quia sursum stetit a uicibus ad uirtutes.

De sancta Anastasia.

Anastasia nobilissima romanorum filia pretaxati illustris huius pagani. a matre sua fausta christiana. a beato Crisostomo fidei christi edocta est. Tradita autem Publio paulino uxore languorem bene simulans semper se ab eius consorcio abstinere. Qui audiens eam cum uina esse ancilla in uili habitaculo christianorum carceres circumire eis necessaria ministrare fecit eam artissime custodiri. ita etiam ut alimoniam denegaret. Uolebat enim eam sic perimere. ut posset in eius laetissimis possessionibus lasciuire. Putans ergo se mori et iam morti tradendam esse proximam. intrinsecus dolore cordis commota fructuoso inuidio solamini: se ad quemdam sibi commendando uolerosas literas Crisostomo transmittere. et ille consolatorias remittebat. Interea uir eius moritur. et illa a carceribus liberatur. **De hac habebat tres pulcherrimas ancillas que sorores erant. Quarum una dicebatur Agapen. altera Chionna. et tertia yrenen. Que cum christiane essent. et prefecti in diuitis nullatenus obediunt in cubiculum eas conclusit. ubi coquinae utensilia seruabantur. Prefectus autem in earum ardens amoris ad eas iuit ut suam libidinem exerceret. Qui in amantiam uersus putans se tractare uirgines eacibus patellas chaldaria et similia aplexabat. et osculabatur. Et cum ex hoc sanatus**